Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37127
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



113

83

In diebus illis Confitebor tibi
domine quoniam cum iratus
fuisti mihi conversus
es et consolatus es me
ecce deus salvator meus
fiducialiter agam et non timebo
quia fortitudo mea et laus mea
dominus et factus est mihi in salutem
Haurietis igitur aquas in gaudio
de fontibus salvatoris
Et dicetis in illa die
Confitemini domino et invocate nomen eius
Notas facite inter gentes adinventiones eius
Memento quia incolumis nomen eius
Cantate dominum quoniam fecit magnifice
Annuntiate hoc in universa terra
Exulta et laetare habitatio sion
quia magnificatus est in medio tui
sanctus israel
Et dixit Rex qui sitis
et offeram te populum in
tributum in regnum celorum
Quicumque autem humiliaverit se
sicut parvulus iste hic maior
est in regno celorum Et qui
susceperit unum parvulum talem
in nomine meo me suscipit Et
qui autem scandalizaverit unum
de pusillis istis qui in me
credunt expedit ei ut suspen-
datur mola asinaria in col-
lo eius et demergatur in profundum
maris Ve mundo a scandalis
Necesse est ut veniant scandala
Verumtamen ve homini per quem
scandalum venit Si autem manus
tua vel pes tuus scandalizat te abscide eum et proice abs te
Bonum est tibi ad vitam ingredi
debile vel claudum quam duas
manus vel duos pedes habentes mitti in ignem aeternum
Et si oculus tuus scandalizat te erue eum et proice abs te
Bonum est tibi unum oculum
habentem in vita intrare quam duo
oculos habentes mitti in
gehenam ignis Videte ne
contemnatis unum ex his pusillis Dico enim vobis quia an-